

AD M. LUTHERVM.

de animis fratrum, iudicare. Sed utcumq; illorum conscien-
 tia, clamant, pridem auduimus eas, & ostendimus, nō
 posse, uerba hæc, corporalem Christi præsentiam statu-
 ere, quia nec ipse dominus in cæna panem in corpus suum
 mutauerit. Quomodo enim dicemus factum esse, quod non
 fuit? Panis, panis mansit, non fuit igitur, factum corpus, ut
 iam multoties dictum. Tum illud: in hoc est corpus, scriptu-
 ra non habet. Deniq; manducari Christum corporaliter
 nihil prodest, non igitur uoluit carnalem sui manducatio-
 nem instituire. Ergo uerba illa: hoc est corpus meum, ita
 intelligenda sunt, panis, et corpus Christi uere q̄dem sit,
 sed spiritaliter, sed discipulis, uti, sicut corpore panis, ita
 mente, edatur corpus Christi.

Nam uiolentum est, quod illud caro non prodest quic-
 quam, de sensu carnali intelligunt. Quandoquidem Lu-
 therus ipse, quāuis alibi secus, in Postilla, in lectionem ex
 Epistola priore ad Corinthios X. excerpta, scribit, Chri-
 stum de seipso dixisse. Caro non prodest quicquam.

Neq; nullius momenti est, quod statuere carnalem Chri-
 sti præsentiam in pane, repetitis illis uerbis, absurdum secū-
 dum scripturas demonstramus, nihil siquidem absurdi
 suo iudicio facit Deus. Sed & hoc fortius est, quā ut cōtem-
 ni ab eis possit. Miracula Dei corporalia omnia sensibili-
 a apparere. Atq; idcorogantibus, quæ, nequaquam re-
 spondemus Blæ, ut nobis Lutherus, profecto citra decorū,
 obijcit. Paulus sanè aliter scribere solitus fuit. Id ipsum qd̄
 quærunt uerbis quidem, respondemus, et modeste atq; di-
 ligenter,